

quia apud uos manet & inuobis est. Ergo mundus
non habebat uitam aeternam. quia non acceperat
sp̄m; Vbi autem sp̄s. ibi uita aeterna. Ipse est
enim sp̄s. uitae operator aeternae. Unde miror.
cur de solo & uero dō. arriani moueant questio
nem. Sicut enim uita aeterna est cognoscere solū
& uerum dōm. Ita uita aeterna est cognoscere ih̄m
x̄m. Ita uita aeterna est cognoscere sp̄m sc̄m. Quem
sic non uidet mundus. quem admodum patrem;
Qui autem de hoc mundo non est. habet uitam aeternam.
& cum ipso manet sp̄s. In aeternum. qui est lūm
uitae aeternae. Ergo si hoc confert cognitio solius
ueri dī. quod confert filii sp̄s. q. cognitio. filium
& sp̄m ueri dī honore seceruis. cum a magnitu
dine benefici non seceruas. Aut enim credas ne
cesse est. illius uerē diuinitatis eē hoc maximum
munus. & solam & ueram diuinitatem. sicut patris
ita & filii. & sp̄s. confiterē. Aut si dixeris. quia ui
tam aeternam potest conferre qui uerus d̄s non
sit. incidis. ut patri magis derogare uidearis. cuius
opus. non potest solius uerē diuinitatis eē precipuum.